Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Potest eciam addi alia cau
sa scilicet ut Tymotheus ad-
uenerit ad apostolum sciens
eum sic esse solitarium ideo sub
ditur Festina ante hyemem
venire Aliter propter importuni
tatem temporis posset iter suum
minus retardare et quia magna
pars vie est per mare in quo
non est tutum in hyeme nauiga
re Ultimo salutat tymotheum
et primo ex parte amicorum dicens
Salutat te Eubolus et pudens
etc. 2° ex parte sui dicens Dominus
ihesus xpistus cum spiritu tuo
qui est anime uita effectiue gra
Gracia dei que est anime uita
formaliter uobiscum Amen

Explicit postilla
magistri Nicolai de
lira super epistolam
secundam ad tymotheum
Incipit consequenter
exposicio super epi
stolam Ad Titum
Capitulum primum

Paulus
seruus
dei apo
stolus
autem
ihesu xpisti
secundum fi
dem etc.
Hic incipit epistola pauli ad ty
tum que diuiditur in tres partes
scilicet in salutacionem et prosecucionem
ibi huius rei gratia et conclusionem
ibi Salutant te in fine epistole
In prima parte primo ponitur persona
salutans quantum ad nomen
cum dicitur Paulus et racio huius dicta
est in principio epistole ad Romanos et
quantum ad religionem cum dicitur
Seruus dei id est fidelis xpistianus
et quantum ad officium dignitatis
cum dicit Apostolus autem ihesu xpisti
secundum fidem id est ad predicandum fidem
et agnicionem ueritatis dei hoc di
cit ad excludendum sectas huma
nitus inuentas in quibus sunt aliqua
falsitates admixte ut patet per Aristotele
qui licet inter alios philosophos verius
scripserit aliqua tamen falsa admis
cuit ut de eternitate mundi et de numero
intelligenciarum et huiusmodi que secundum
pietatem est id est ad uerum dei cul
tum ordinata in spem uite
eterne per hoc consequende quam
promisit qui non mentitur deus
cum sit ipsa regula ueritatis
ante tempora secularia id est ab eterno
et accipitur hic promissio pro predesti
nacione dei qua ab eterno ordi